

1517. a. 20. Septembris —

519

Sigismundus Primus Rex Poloniae —
Commissarius suis in Borussia, ad
cognoscendas injurias missis —

156

Quod in Christo Pater Magistri
et nobiles sincere nobis dilecti —
Consules Civitatis nostrae Elbingens. mi:
serunt ad nos, Illius Domini Magistri Li:
teras ad se missas, minaces et contumeli:
osas, et ob eam causam scriptas, quod
Dum superiori tempore, quendam ut ferunt
maleficium hominem, a se captum ad ar:
cem marieburgensem, jussu Capitaneorum
Nostrorum obtemperantes misissent, ibique
ad questiones Datus, multa maleficia
confessus, ultimo supplicio affectus est,
Nobis quidem talis processus, qualem Do:
minus Magister in asequenda justi:
tia servavit, merito placere non po:
test, quia tamen praeterita, magis re:
prehendi possunt, quam corrigi. Nos pro
admirationem De tanto arrogantia, quod
aliud faciendum censeremus, non satis, per:

—spectu habui

perspectum habuimus quam ut vobis epis.
:ca causa cognitionem Demandavimus.
Committimusque vobis, ut ad certum diem
et locum, convenientes, accessitisque par-
:tibus, s. scribimus enim ad Dominum ma-
:gistrum, ut cum a vobis admonitus fue-
:rit, mittat quem velit, ad causam expo-
:nendam, examinetis, totum ejus rei pro-
:cessum, et effectum, causas etiam cogno-
:scatis, et quibus res ista processit, et per-
:fecta est. Si qui cum injuria, suspensio
affectum hominem, subditum Domini
Magistri cognoveritis, Date operam ut
justa satisfactio Domino magistro, vel
ejus subdito, per vos decernatur, et fiat,
ne posthac contra nostros subditos, tales
minas edendi, justam habere possit oc-
:casionem — D ad ^{Polociae potius} ~~Cracoviae~~ Die Vi-
:gesima Mensis Septembris —

